& ſola terrea abſorbentia aliaque blandè adſtringentia uſurpanda: *Quintò*. Ubi Tuſſis eſt contumax, atque pituitæ copia magna in Pectore, ibi à multis ſaccharatis & mellitis eſt abſtinendum, in his enim Spiritus latitat corroſivus, qui facilè lacerare ſubſtantiam Pulmonum poſſet, ſed *Decocta pectoralia*, *Pulveres*, *Pilulæ* atque *Eſſentiæ* potius in uſum vocari poſſunt.

CAPUT XXIII.

De Remediis Cardiacis.

§. 1.

Quæ appellentur Cardiaca.

CArdiaca, vel *Cordialia confortativa* Remedia appellari conſueverunt, quæ Cordis Affectibus ſpecificè medentur. Cum autem tales Morbi ſint, v. gr. *Deliquium Animi*, *Syncope*, *Tremor* & *Palpitatio Cordis*, non niſi à præternaturali ſanguinis ac ſpirituum craſi & textura oriundi, conſequens eſt, Remedia cardiaca iis particulis donata eſſe debere, quæ præciſè dictam ſanguinis dyſcraſiam promptè emendant & corrigunt. Quo facto & viæ, ſi quæ circa Cor anguſtatæ ſunt, ſimul expedientur, & ſuam naturalem amplitudinem requirent.

Conſtent 1. Particulis ſpirituoſo-ſalinis.

§. 2. *Cardiaca* proin ante omnia conſtabunt particulis ſpirituoſo-ſalinis, iisque vel alcalinis, vel blando-acidis volatilibus, quemadmodum exiſtunt inter ſimplicia, quæ Sale volatili ſatis aperto pollent, *Flores Salis armon. Succi Plantarum naſturcinarum*, *Radices Aronis*, *Raphani ruſticani*, &c. Inter præparata *Spiritus Salis armon. urinoſus*, *Spiritus volatil. C. Cerv. Viperarum aut Eboris*, & id genus. Adde his pro vehiculo *Aquas* etiam ſpirituoſas, *Naſturtii*,

tii, Chelidonii, Trifolii fibrini, Fumariæ, Aronis, Cochleariæ cum suo Spiritu, &c.

§. 3. Secundò *Cardiaca* alia constant particulis salinis volatilibus blandis, cum balsamicis sulphureis amicè junctis, quemadmodum existunt inter simplicia, *Radices Apii, Angelicæ, Petasitidis, Imperatoriæ, Calami aromatici; Herbæ Melissæ, Scabiosæ, Fumariæ, Borraginis, Thymi, Buglossæ, Rorismarini, Ozymi, Flores* 4. *cordiales,* ut & *Salviæ, Anthos, Semina Anisi, Fœniculi, Aromata, Cinamomum, Cubebæ, Cortex Winterani, Caryophylli, arom. Camphora, Crocus, Moschus* & *Ambra, Salia volatilia oleosa, Essentia Succini, Elixiria varia cordialia, Spiritus Cerasorum nigrorum, Spiritus Anthos,* & aliarum Plantarum aromatico balsam.; *Ros Solis,* & similia, *Aqua cardiaca officinalis, Aqua destillata Melissæ, Borraginis, Buglossæ, Florum Acaciar. Rosarum, Betonicæ, Veronicæ, Fumariæ,* &c. *2. Particulis blandis salinis volatil. balsamicis.*

§. 4. Vel tandem constare possunt particulis terrestribus plus minus fixis, sed tamen heterogenea sanguinis Salia invertentibus, alcalinâ virtute absorbentibus, ac præcipitantibus, velut existunt *C. C. Ebur, Mater Perlarum, Margaritæ, Lapis bezoardicus orientalis* vel *occidentalis, Cinnabaris nativa* vel *Antimonii rectificata, Antimonium diaphoreticum, Folia Auri, Bezoardicum lunare* vel *solare, Aurum horizontale, Confectio Alkermes completa* aut *incompleta,* &c. *3. Particulis terrestribus fixis.*

Formulæ Cardiacorum.

Aqua Cardiaca nostrarum officinarum.

℞. *Aq. Ceras. nigr.*
Meliss. Violar.
Fl. Acac. Borrag. ana ℥iß.

Flor.

Flor. Rosar.
Til. ana ℥j.
Cinam. opt. ʒvj.
Julep. rosac. ℥iij.
M. ad Vitr. Vel alia.
℞. *Aq. Borrag. Fumar.*
Flor. Acac.
Syr. è succ. citr. ana ʒvj.
Julep. rosac. ℥ß.
Aqu. Cinamom. ʒij.
M. ad Vitr.
Vel ℞. *Aqu. Cardiac. offic.*
Scabios. ana ℥iß.
Syr. Rub. idæi ʒvj.
Confect. Alkerm. incompl. ℈ij.
Aqu. Cinam. ʒiiß.
M. ad Vitr. Sumatur cochleatim.
Vel ℞. *Aqu. Ceras. nigr.* ℥iiß.
Fl. Acac. Borrag. ana ℥j.
Cinam. buglossat. ʒiij.
Syr. Corallor. ʒvj.
flor. Tun. ℥ß.
Confect. alkerm. compl. ℈ij.
Matr. perl. ppt.
Ebor. pph. ppt. ana ℈j.
Julep. rosac. ℥ß.
M. ad Vitr.
℞. *Aq. Card. Mar.*
Flor. Acac. Meliss.
Fænic. ana ℥iij.
Cinnam. buglossat. ℥ß.
Naphæ ℥j.
Acetosell. ℥j.
Syr. Ribium. ʒvj.
Confect. alkerm. ℈iiß.

C. C.

C. C. philosoph. ppt. vel
Oss. de Corde Cerv.
Margarit. ppt. ana ℈ij.
Elæosacch. Citr. ʒij.
M. ad Vitr.

Vel ℞. *Aq. Flor. Acac.*
Til.
Cerasf. nigr. ana ℥j.
Cinam. buglossat. ʒiij.
Antimonii diaphor.
Confect. Alkerm. compl. ana ʒß.
Rotul. Man. Chr. perlat. ʒij.
M. ad Vitr.

Vel ℞. *Aqu. fl. Acac.*
Calend. ana ℥iß.
Meliss.
Cerasorum nigr.
Naphæs. flor. Auratior. ana ʒij.
Sacch. perlat. ℥ß.
Corall. rubr. ppt. ʒß.
Spir. Sal. armon. anis. ℈j.
Misc. detur ad Vitr.

Elixiria Cordialia.

℞. *Rad. Ireos flor.* ℥ß.
Calam. arom. ʒiiß.
Herb. Salv.
Meliss. ana Mß.
Cinam. opt. ℥ß.
Caryophyll. arom.
Cardamom. ana ʒj.
Cubebar. ʒß.
Cortic. Aurant. ʒij.

Incisis & tenuiter contusis affunde Spir. Vin. dephlegmati ad eminentiam 4. vel 5. digitorum, stent in di-

in digestione per octiduum vel ultra. Colatura postmodum filtrata servetur usui. Potest exhiberi ad cochleare dimidium vel integrum, in Deliquiis Animi, Anxietate Cordis, &c.

Vel ℞. *Radic. Scorzoner.*
Caryophyllat. ana ℥ß.
Fol. Rorismarin.
Meliss. Ozym.
Flor. Rosar. ana Mj.
Aurant. Mß.
Croc. ʒj.
Semin. Anis. stell. ʒiß.
Lign. Aloes.
Gran. Kermes. ana ʒij.
Cinam. opt. ʒvj.
Sacch. penid. ℥iij.

Incisis & contusis tenuiter affunde Vini Malvatici, Hispanic. aut Hungar. q. s. ad eminentiam 4. digitorum, stent per aliquot dies in digestione, postea Liquor inde per Baln. Mar. destilletur.

Vel ℞. *Cerasor. nigr. recent. q. v. adde*
Cinnam. opt. ℥j.
Caryophyll. arom. ℥ß.
Cubebar. ʒj.
Sacchar. Aqu. Ros. solut. ℥iiij. plus minus.

Cerasa liberentur à suis pediculis, reliqua nonnihil incidantur, atque hinc affunde spiritus Vino rectif. q. s. ad eminentiam 4. digit. stent benè clausa, & tempore necessitatis cochleare unum vel alterum sumi potest.

Vel ℞. *Fragor. rec. matur. q. v.*
Benè mundatis & non contusis affunde
Spir. Vini dephlegmat. Mj.
Cinam. opt. ℥j. *vel* iß.
Caryaphyllor. arom. ʒiij.

Lign.

Lign. Aloës ʒij.
Cardamom. ʒiß.
Stent per xv. *dies in loco nonnihil calido, postea misce*
Aq. cardiac. officin. ℔j.
Sacchar. opt. ℔ß.
Et sic in Vitro capaci benè munito usui asserva.

Pulveres Cardiaci.

℞. *Matr. Perl. ppt.*
Ebor. ppt.
Oss. de Cord. Cerv. ana ℈ij.
M. F. Pulv. subt. in iv. *vel* vj. *dos. æq. divid.*
Vel ℞. *C. C. ph. ppt.*
Bezoard. miner.
Ocul. 69. *ppt.*
Radic. Ireos flor. ana ʒß.
M. F. Pulv. cardiac. dividend. ut supra.
Vel ℞. *Margarit. ppt.* ℈j.
Ebor. ppt.
Corall. rubr. ppt. ana ℈ß.
Lapid. bezoard. orient. gr. vj.
M. F. Pulv. in ij. *dos. æq. divid. ad ch.*
Vel ℞. *Antimonii diaphor.*
Crystall. alb. ppt. ana ʒj.
C. C. ph. ppt. ʒij.
Diaph. jovial. ℈j.
M. F. Pulv. in vj. *vel* viij. *dos. æq. ad ch.*
Vel ℞. *Ocul.* 69. *ppt.*
Matr. Perl. ppt. ana ℈j.
Auri horizontal. gr. vj.
M. F. Pulv. in ij. *dos. æq. ad chart.*
Vel ℞. *Antimonii diaphor.*

Ebor. ph. ppt. ana ʒß.
Diaphor. Solar. si haberi potest. ℈ß.
M. f. Pulv. subt. in iij. *dos. æqu. ad ch.*

Vel ℞. *Unicorn. fossil.*
C. C. ph. ppt.
Bezoard. miner. ana ʒß.
Cinnab. nativ. opt. ℈ß.
M. F. Pulv. in iiij. *dos. æq. divid. ad chart. & cum vehiculo congruo sumend.*

Vel ℞. *Antimonii diaphor.* ℈ij.
Ocul. 69. ppt.
Bezoard. miner. ana ℈j.
Salis volat. oleos. ficci gr. xij.
M. F. Pulv. subt. in iiij. *dos. æq. ad chart.*

Epithemata Cordialia.

℞. *Aq. Flor. Acac.*
Fœnicul.
Spiritus Lil. convall. ana ℥j.
Spirit. Vin. camphor. ℥ß.
Essent. Zedoar. ʒij.
M. ad Vitr. ac subinde linteum in calefacto Liquore madefactum & expressum Pectori imponatur.

Vel ℞. *Spiritus Cerasi nigr.* ℥iiiß.
Rosar. ℥j.
Juniper. ℥ß.
Aq. Meliss.
Borrag. ana ʒvj.
Essent. Croc. ʒij.
M. ad Vitr. usurpetur ut superius.

Vel ℞. *Aq. Bugloss.* ℥ij.
Rosar.
Spiritus Anthos.
Lil. convall. ana ℥iiß.

Volat.

Volat. C. C. ℥ß.
Confect. Alkerm. compl. ʒij.
M. ad Vitr. Usus ut suprà.
Vel ℞. *Rad. Angelic.*
Cyper. ana ℥ß.
Herb. Meliss. Ozym.
Salv. nobil. ana Mij.
Summit. Thym.
Ror. mar. ana Mj.
Flor. Rosar.
Violar. ana Mß.
Bacc. Junip. ℥ß.

Incisa & contusa tenuiter insuantur Sacculis duobus interpassatis, qui in Vino albo generoso cocti, expressi, atque hinc Spiritu Cerasor. nigr. vel Vini camphorato consperfi pectori applicentur, ac subinde renoventur.

Vel ℞. *Radic. Petasit.*
Imperat.
Zedoar.
Galang. ana ʒiij.
Herb. Majoran.
Hyssop.
Meliss. ana Mj.
Flor. Betonic.
Salv.
Anthos. ana Mß.
Cinam. opt. ℥ß.
Caryophyllor. arom.
Styrac. calamit. ana ʒij.
Camphor. ʒj.

Incisa & contusa insuantur Sacculo interpassato, qui Vino malvatico, vel albo generosiori incoctus & expressus, Cordis regioni applicetur, sæpius renovandus.

Naribus applicanda.

§. 5. Tandem & in *Cardiacorum* censum venire possunt ea, quæ naribus applicantur, ad Homines è deliquiis excitandos, quæ inter sunt partim *Spiritus volatiles salini*, partim *Balsama* naribus ac temporibus inungenda, partim *Spiritus sulphurei aromatici*, prout est *Spiritus Anthos* aut *Anhaltinus*; partim etiam *Succinum*, *Corium*, *Pennæ Volucrium*, & id genus accensa; partim alia, quæ simul hysterica sunt, ac Fœminis inprimis conveniunt. Viris verò subinde vel sola *Aqua frigida* faciei inspersa, vel *Acetum* etiam Naribus frequenter admotum, Animi deliquia aufert.

Cautelæ pro usu Cardiacorum.

§. 6. In usu tamen Cardiacorum remediorum interdum cautelæ quædam observandæ sunt, quò tanto felicius in Medicâ Praxi versari quis possit. Et quidem primò cavendum, ne ab uno extremo ad alterum præcipitetur Ægroti Massa humoralis; id est, ne ejusdem lentorem rarefaciendo nimiam fluiditatem æquè noxiam inducamus. Quamobrem pro diversâ humorum crasi Cardiaca Remedia studiosè sunt moderanda, & quæ inter ea volatilium nomine veniunt, ita parcè exhibenda, ut quamprimum symptomata maligna inde mitigata observamus, aut prorsus ablata, ab eorum usu confestim desistamus, ac interea temperatiorum Cordialium usui insistamus, qualia sunt *Mixturæ cardiaco-diaphoreticæ*, cum *Syrupo acidulo, fixisq; pulveribus concinnatæ.*

§. 7. Secundò inter usum Cordialium prospiciendum, ne aër externus, vel nimium calidus vires maximopere exsolvat, vel nimium frigidus humoralem Massam tenaciorem efficiat. Quin subinde temperatior aër, isque liberior admissus, longè plus Spirituum affundere potest, quàm mille remedia cardiaca. Atque hinc est, quòd in

Ægro-

Ægrorum convalescentiâ quandoque aëris mutatio omne punctum ferat.

§. 8. Tertiò in præscriptione Remediorum cardiacorum à copiosis saccharatis studiosè est abstinendum, non enim semper, quod palato dulce & gratum existit, simul statim cardiacum est. Quin cùm Saccharum copioso spiritu acido & acri polleat, inde massa humoralis magis viscida & acris, quàm spirituosa redditur. Non tamen, quod de Sacchari occultâ aciditate heic dico, in genere etiam de omnibus apertè acidis intellectum velim, quandoquidem pro diversitate humorum constitutionis, inprimis ubi sal volatile bilis nimium effræne & impetuosum in sanguine est redditum, aciduli etiam Succi utiliter Cardiacis permisceri solent, non illi tamen austeri, & sale acido fixo plus minus gaudentes. Meliores autem *Succi aciduli* desumuntur è *Rubo idæo*, *Malo citreo*, aut *Limonio* benè maturo, *Acetosâ*, *Trifolio acetoso*, & id genus, quorum acido-salinæ particulæ nonnihil volatiles & penetrantiores existunt. *A copia Sacchari abstinendum.*

§. 9. Quartò accuratè quoque attendendum, num sanguinea massa plus justo sit fluida & resoluta; hoc enim in casu à volatilioribus cardiacis prorsus est abstinendum, ac in usu fixiorum, ut & acidulorum Remediorum nonnihil est hærendum, tantoque id magis, quando sudores colliquativi sunt metuendi. *In Sanguine fluido à volatilibus abstinendum.*

§. 10. Quintò, quando sudores copiosi adsunt, ut vires inde detrimentum patiantur, non quidem illi confestim totaliter sunt reprimendi, quia hâc ratione Febrim augeremus, aut etiam malignam efficeremus: neque adeo cardiaca Remedia, quæ tum præscribi solent, potentibus diaphoreticis sunt permiscenda, quoniam sic facilè *Sudores non statim repellendi vel sistendi.*

ſudores colliquativos excitaremus. Verùm temperata medicamina, v. gr. ex *Aquis* nonnihil *refrigerantibus*, cum *Syrupis acidulis* & *Pulveribus fixis* concinnata, ſunt præſcribenda, ſequentem aut ſimilem in modum, v. gr.

℞. *Aq. Borrag.* ℥iß.
Endiv.
Plantag. ana ℥j.
Syr. Rub. idæi. ʒvj.
Corall. rubr. ppt.
C. C. uſt. ana ℈j.
Rot. man. Chr. ſimpl. ʒj.
M. ad V. ſumatur cochleatim.

Vel ℞. *Aq. Fol. tener. Querc.* ℥iß.
Torment. Fl. Acac.
Syr. Corallor. ana ʒvj.
Unic. foſſil. Terr. ſigill. ana ℈j.
Julep. roſac. ℥ß.
M. ad Vitr.

Vel ℞. *Aq. Bugloſſ.* ℥iiß.
Ulmar. Lactuc. ana ʒvj.
Syr. è ſucc. Citr. ℥j.
Julep. roſac. ℥ß.
Matr. Perl. ppt.
Corall. rubr. ppt. ana ℈j.
Confect. Alkerm. ʒß.
M. ad Vitr.

Vel ℞. *Aq. Plantag. Borrag.*
Burſ. paſtor. ana ℥j.
Cinam. cydon. ʒiij.
Syr. Acetoſell.
Limon. ana ℥ß.
Confect. Hyacinth. ℈ij.
Matr. Perl. ppt.
Unic. foſſil. ana gr. xv.
M. ad Vitr. Detur cochleatim.

CAPUT